



CIII.

703

LESSUS MORTUALIS
IN
OBITUM PRÆMATURUM
CHRISTOPHORI
VVAGENITII, LIBERALI
INDOLE ET EXIMIA SPE
Adolescentis, quondam viri
gravissimi & prudenti-
simi,


Dn. CHRISTOPHORI VVAGENITII,
CONSULIS HUJUS REIP. SERVESTA-
næ meritissimi, filii natu maximi; Servestæ
anno $\chi\epsilon\rho\gamma\omega\rho\alpha\zeta$ M.D.XCVIII.A.D.VI.
Mart. nati, Bernburgi ANNO
M.DC.XVI.Cal.Octobr.
denari.

Conscriptus

à

Fautoribus, Amicis, Commilitonibus & fra-
tribus desideratissimis.

E Typographeo Zachariae Dörfseri.
Anno M. DC. XVIII.



RECTOR GYMNASII SERVESTA- ni Studiosis S.

Mors & fugacem persequitur virum,
Nec parcit imbellis juventæ
Poplitibus, timidoq; tergo.

Nobis, quæs juvenilis adhuc
fervet sanguis, qui que vitæ
spes longas inchoatis, occi-
nit Flaccus. Vobis, inquam,
in primis, qui indomiti in Musarum
castris (utinam hæc vobis unica cura!)
milites oberratis. Vos enim, qui no-
mina Philosophiæ deditis, (cum ἀΦιλο-
φίων enim Cycloibus res mihi non
est,) quæ potior occupare possit cura,
quam quæ mortis Meditationem at-
tingit? Cum, Platone judice, aliud ni-
hil sit Philosophia, quam mortis Medi-
tatio. Hæ tamen ut vos exerceant cu-
ræ, dies loquitur. Pleriq; quasi fœdere

cum orco & Parcâ inito, mortis cogitationes in rem malam, hoc est, molestias in Musarum castris exantlandas abire jubent: pulsis tristibus & in auspiciatis curis, genio indulgendum existimant. O pectora cæca & cœlestium rerum inania! Adeone vos naturæ familiares putatis, ut legibus ejus obnoxios non putetis? Itane cæcutitis, ut mista senum ac juvenum densari funera non videatis? Superioribus annis cùm heic tum alibi è frequenti juvenum occasu inficta Rebuspubl: vulnera resolvere nil attinet. Crudum adhuc, quod paucos ante dies, inopina dies huic Reipublicæ & consuli ejus Dn.
CHRISTOPHORO WAGNIZIO
viro Prudentissimo inflxit. Quem enim natu maximum filium **CHRISTOPHORUM WAGNIZIUM**, vestri ordinis juvenem, Musis operantem, valetudine mediocri usum ad unum vel alterum diem, animi gratiâ, amicis concesserat, heri (proh dolor!)

mor-

mortuum recepit. Juvenem inquam,
ætate animoque florentem. Natus is
Anno Christi M.D.XCVIII. X. Martii.
Patre viro gravissimo & prudenterissi-
mo Dn. CHRISTOPHORO WA-
GNIZIO Reipubl. hujus Servestanæ
Consule: Avo Dn. AMBROSIO
WAGNIZIO hujusdem Reipubl:
Consule. Matre fæminâ honestissima
Margaretâ, viri olim optimi & huma-
nissimi Johannis Kober Reipubl: hujus
Camerarii filiâ: Aviâ paternâ Margar-
retâ Loniessen. Parentibus hæc uni-
ca cura, ut optimè natus, optimè edu-
caretur filius. Itaq; à teneris statim, pri-
mùm privatis præceptoribus forman-
dum tradidere: sub quibüs pietatis &
literarum fundamētis jactis, Viri do-
ctissimi M. Petri à Jhenâ Scholæ Sena-
toriæ Rectoris disciplinæ datus, pietati-
s, industriæ & obedientiæ singularis
testimonium adeptus est. Inde in pu-
blicum prodiit. Et primum virorum
prudentium suasu, parentumque per-

missu Görlicum se contulit, ut latinæ
græcæque linguae thesauros uberiores
colligeret. Exacto illic, in convictu vi-
ri Reverendi & Clarissimi, Gregorii
Richteri, loci illius Pastoris Primarii,
anno integro, domum revocatus & in
Academiam Wittenbergensem dimis-
sus est. Ubi cum aliquandiu substitis-
set, in quartanam incidit: quâ etsi acri-
ter satis exercebatur; pedem tamen in
patriam referre prius non sustinuit,
quàm à parentibus vocaretur. Post-
quam vero aliquantulum apud suos
convaluiisset, crebrâ solicitatione à pa-
tre tandem obtinuit, ut eandem Aca-
demiam repetere liceret. Sed brevis
admodum Academiæ lucis erat usura.
Ad febriles enim reliquias, quarum sti-
mulos adhuc senserat, novus ille, qui
Academiam vastavit, morbus accessit,
& invitum in patriam retraxit. Morbi
hujus difficultates ex parte eluctatus
Marpurgensem Academiam, suorum
indultu, adire decreverat. Sed fortis

&

& viæ nostræ in manu Domini. Cum
accinctus jam esset itineri importunis
quorundam flagitationib⁹ animi cau-
ſā Magdeburgum excitus est, parenti-
bus non adeo voto ejus obluſtantibus.
Inde digressus Bulnſtadium ad ami-
cum quēdam divertit XXX. Septemb:
Cūq; haud mediocres in toto ferè cor-
pore dolores sentiret Bernburgum ad
Medici opem properavit: quæ quidem
non defuit: attamen fatalem diem pro-
rogare non potuit. Viginti enim qua-
tuor horarum spatio, à duodecimā ni-
mirum proximi diei Lunæ ad XII,
circiter diei Martis inſequentis, tribus
ingentibus paroxysmis, qui cum cre-
brā lipothymia & cordis compunctio-
ne conjuncti fuere, arietatis, animam
redemtori suo Christo, pio cum gemi-
tu & religiosâ invocatione reddidit
Calend: Octob: Anno M. DC. XVI.
annum ætatis XIX. ingressus. Hæc
juvenis hujus meta. Vos ô melioris ge-
nii juvenes, humanam hanc fortē pu-

tate,

tate , & illibatâ animorum devotione
ad inopinū diem vos præparate, mor-
temq; inopinatam, maturâ mortis me-
ditatione piê contemnere discite. Ma-
lam ne putate mortem inopinatam,
quam bona præcessit vita. Cras igi-
tur commilitoni vestro sub VIII. ma-
tutinam efferendo, ultimum exhibe-
te honorem. Val: Ser: 4. 8bris. 1616.

*M. Marcus Fridericus
Wendelinus.*

IN

IN TUMULUM
Ornatissimi & doctissimi
Juvenis
CHRISTOPHORI VVAGNIZII.



*Agnici cari nuper spes magna Parentis,
Nunc ingens luctus nunc dolor & la-
crumæ,
Berburgoreducem qui te sperabat ab urbe,
Justis quam lacrumis mœret uterq; parens.
Parce tamen lacrumis Pater, & Mater quoq;
Niletenim luctus nil lacrumæq; juvant. (parce
Nam gnatus vester cœlesti sedere receptus,
Gaudia deposito vera labore capit,*

B. H. B. A. E.

A L I U D.

Quem decus æternum, quem gaudia summa
putabam
Et matri atq; patri certò aliquando fore.
Illum proh juvenem, qui vix numerârat aristas
Unde viginti, mors tulit ante diem.

B

Ah de-

Ah desiderium! ah cor! deliciumq; parentum,
Siccine Wagnici concidis ante diem!
Vivere dignus eras annosæ secla Sibyllæ,
Æternos dignus vivere in orbe dies.
Sed bene habet tecum: cœli nunc incola factus
Aspectu frueris colloquioq; D E I.

G. B. A. E.

L E S S U S

Super obitu præmaturo lectissi-
mi Juvenis

CHRISTOPHORI WAGNITII
Prudentissimi Viri

Dn. CHRISTOPHORI VVAGNITII Con-
sulis Servestani filii, Bernburgi. i.
Octobris ANNO M.DC.XVI.
pie obeuntis.

E heu flos juvenum, morum decus, urbis ocellus,
Pubis Apollineæ pulcra corona cadit:
E heu spes patriæ, generis cadit ornamentum:
Matris solamen, deliciumq; patris:

E heu

E heus sic primo demessum vere juventæ
Christophorum ulterius mors negat atra suis.
At licet occumbat peregrinis hospes in oris
Nil prohibet patriam quin super astra colat.
Vos autem quos contingit dolor iste parentes,
Ponite nunc lu&ettum, ponite mæstitiam.
Scilicet hoc statuit JOVÆ indubitata voluntas
Nobisq; exemplar certius esse jubet;
Ut quocunq; loco, quocunq; & tempore simus,
Una sit æthereas querere cura domos.

Fusus honæ affectionis ergò à
Joanne Fuhrmeistero præt. Bernb.
III. Octob. Anno M.DC.XVI.

Επικήδιον

Viri-Juvenis præstantissimi
Dn. CHRISTOFERI WAGNITII,
affinis & amici sui, uti olim suavissi-
mi, ita nunc desideratissimi.

S Iccine? ô Magni spes WAGNITIANA parentis
O quondam Charitum nobile delitium!

B 2 Sicci-

Siccine deflores, sic herbescentibus annis?

CHRISTOFERE, ô animæ pars adamata meæ!
Morta ferox, cur tu illa mihi mea Gaudia raptas?

Rellinquens misero flebile cordolum:
Nil annis major Genius? nil Sanguen avorum?

Nil juvit tibi mens Indolis alta tuæ?
Heu fleo: flent Musæ, flent corcula trina sororum;

Tam properam mortem luget uterq; parens:
Usq; adeò ancipiti pede stant humana caduntq;

Qui nunc est aliquid, mox erit ille nihil.
Omnes Morta necat. Mortale est, quicquid ubiq;

Nil stabile in toto Climate Mundus habet. (est,
TUq; HOMO natus eras WAGNITI. Hinc

MEMBRA Sepulcrum
Claudit: at urna ANIMUM claudere nulla valet.
Vos ergo ô cineres salvete, quiescite, reddet
Et vobis patrii Jova toreuma poli.

*Witebergæ depro-
perabat*

*Erasmus Seidelius è Fideli-Brice-
nâ March. LL. Stud.*

ALIUD.

A L I U D.

SEmper ut ingeniis claris fortuna noverca est,
Innumerisq; malis afficit ista bonos,
Proh dolor ah quācis, quib9, & quot mille periclis
Infestatur homo, pulvis & umbra levis,
Tandem perpessus multos variosq; dolores
Nunc in agone jacet mortis, obitq; diem:
Sic Amitine cadis viridi sub flore juventæ
Ingenio præstans, justitiamq; colens,
Qui fueras Patriæ spes, spes dulcissq; parentum
Solamen fratum dulce, Sororis amor.
Hoccine cordolum? hei! fleo, flent queis vivere
Dulce fuit, fueras dulce sodalitium, (tecum
Te mihi vix animo fuit unquam carior alter,
Qui mihi perspectus semper amictis eras.
O defiderium! quod nunc desidero vah nunc,
Gaudia nunc raptat mors properata mea.
O mors sis morti mors, hic est morte redemptus
Per mortem Christi; mors ea mortis erat.
Hinc licet, ut flores, abeat nunc tempore mortis
Wagniades, brumâ qui veniente cadunt,
Herbescuntq; iterum redeuntis tempore veris;
Vere tamen vitæ, sic redditurus erit.

Fridericus Seidelius.

VVagni-

ALIUD.

VV Agnisius quoq; nunc obiit ! quis crede-
ret? atqui,
Horresco referens, triste cadaver a-
dest.

Sicciné nuper abis, peregrinâ ut debit a terrâ
Persolvâs Fato, Flos adamate patri?
Mené fugis frater? de Te niltale verebar,
Cum nuper dixti, tu mibi chare, Vale.

Hoc mibi quale Vale! fallor, præsaga futuri
Num mibi mens isthac? Non redditurus abit.

Ō pes fallaces! ô Vita! ô Vitrea Vita!
Momine quanta brevi uisa perire bona!

Eheu! flent Charites tam nobile germen avorum
Ante diem properæ succubuisse neci.

Tu VVagniziadum stirps tristes ducito lessus;
Heu cecidit Patriæ prima columnâ domus!

Plangere plura uerat dolor, & divina voluntas:
Et cui displiceant, quæ placuere D E O?

His

*His ergo aeternum Salve, aeternumq; Valeto:
Quæ tibi decursa est, hanc ego curro viam.*

Dn. Christophoro VVagnitio Juniori
Amico desideratissimo in alma Leu-
corea adponebat

Martinus Heinsius,
Servestanus.

A L I U D.

Quàm sit vita fugax hæc, quàm sit labilis ætas,
Quàm properent freno nō remorâte dies;
Quàm secum subitò, rapidis ceu concita puppis
Fertur aquis, homines fata inimica trahant:
Non opus est verbis ostendere pluribus: ipso
Clarius id medium sole tenente diem.
Ætas, nobilitas non rumpunt vincula mortis,
Sed pariter pueros surripit, atq; Senes.
Id quod Wagnisii cretus de sanguine, pridem
Comprobat hâc juvenis contumulatus humo,
Dum, velut in viridi flos formosissimus agro
Majori subitò turbine fractus, obit;
Qui spes prima, dec̄ quondā qui grande parentū,
Gloriaq; Aonidum magna futurus erat.

Nunc

Nunc animam fovet Abra sinu, fovet ossa supremū
Usq; diem, quo iterum rite ligentur, humus.

*Witebergæ apprope-
rabat*

Lucas von Bergen
Serves. Anhalt.

A L I U D.

H *Eu mala fors! mala fors! heu sæva procella
malorum!*

*Heu quæ tanti obitus nuncia fama venis!
Nuncia fama venit placidâ te morte perentum,
VVagnici, superas nunc habitare domus.
Heu quibus incusem fati inclem tam iniqui
Ofata! ô fata! ab aspera fata nimis!
Te talem juvenem, tantis virtutibus auctum,
Delicias matris, deliciasq; Patris,
En! rapuit terris mors, ô mors invida, per quam
Urbs Sorabum tanto est nunc spoliata bono
Miracano, sed vera cano, si fata dedissent,
VVagnici vitæ stamina pluratuæ.*

Nec

Nec tām vernantī periisse flore juventē,
Quem te vidissent sēcla futura virum?
Cultor honestatis, verē virtutis amator,
Quodq̄ caput, verē religionis amans,
Et vitii osor eras: non palpum vendo parenti,
Exulat à nostris fraus scelerata labris.
Plangite Pierides, Musarum plangite alumni,
Occidit heu vestri luxq̄ decusq̄ chori!
Floragemat, tellusq̄ tremat, tām nobile germen,
Ante suum fato succubuisse diem.
Ah quid homo? aut quidnā victuri nascimur? evi
Portio quām fragilis? quis status atq̄ modus?
Prorsus homo est similis violē, quam tēpore Veris
Una dies nasci jam videt, una mori.
Ipse valens vivusq̄ loquor, me cernite, numquid
Dicam vel me unum vivere posse diem.
Ante meos ortus multi vixēre, sed omnes
Denati, est tecum nunc mihi vita super.
Verūm dicemur forsan cras ambo fuisse,
Illos, qui sati humo sunt, sua fata manent.
Ergō quid assiduo maceratis corda, parentes,
Fletu, quid lacrymis ora rigāsse juvat?

C

Namq̄

*Namq; Deus natum, post tot tantosq; labores,
Transtulit ad superæ regna beata Schole.*

*τῆς οὐμαλείας
Εὐκα
fac.*

Martinus Cramerus.

A L I U D.

O Mihi dilectos inter suavissime fratres,
CHRISTOPHORE, ô animæ portio pri-
ma meæ!

Ergo erat in votis alium tibi visere Lüdum,
Ulteriusq; sacris invigilare libris?
Et visis! non quem satagebas anxius, ipsa
Quemq; fovet claris Hassia clara viris;
Verum ubi cælestes te formant arte Magistri,
Fundit ubi angelicus cantica læta chorus.

*Atq; ita terra sibi proponit E' umbra, sed almus
Disponit propriâ proratione D E U S!*

Siccin' abis igitur, tristesq; relinquis amicos?
Quò fugis? ô Clarii Luxq; Decusq; chori!
Te tulit atra dies & funere mersit iniquo,
Qui Pylii vitam vivere dignus eras!

Qui

Quippe bonis Pylades, sinceris fidus Orestes,
Pacis amans, verbi cultor erasq; sacri.
Sanè Te quoties, quotiesq; recordor id ipsum,
Quo tecum vixi tempore dulcè puer,
Tū gutta ex oculis recidit quām plurima nostris,
Et flere erectum cogit amica fides.
Optavi, peteres cælestia sidera tardè,
Parsq; fui turbæ parva precantis idem.
Ast aliter visum summo placitumq; Jehovæ est,
Sic tibi sic fato constitente mori.
O utinam! votis sed res ardentibus ista
Flebilis haud ulli confienda venit.
Nil adeò probitas, nil virtus enthea prodest,
Nil doctâ mentes excolere arte juvat.
Nil quoq; nominibus cum sis generosus avitis,
Et superes morum nobilitate genus.
Hæc si terrificæ mortis tela atra fugarent,
Næ vel adhuc posses vivere & esse super.
Sed vetus est pactum: *plenus patiensq; laborum*
Occidat, ut paulo momine vixit, homo.
Viribus ergo homines nimiùm ne fidite vestris,
Nil vires, ætas, ingeniumq; valet.

Ernestus VVulstorpius,
Servestâ-Anhaltinus.

C 2

CHRI-

CHRISTOFORUS WAGENITIUS

avaz̄atuanādēis

pro g posita q.

Hic quis? novo frueris statu.

Elaboratio.

Quantifama volans luclūs prænūciā nosfros
Ecceretām subitō turbat acerbala res?
Tristis in assiduum sua vix concepta dolorem
Gaudia versa gemit VVagnitiana domus.
Filioli natu minimi vix funera flere
Desuit atra, modo tristitiamq; dedit;
Quando vicissatim domui huic nova vulnera fu-
Funus flebilius nuperiore, parit. (nus,
Filius ut natu primus florentis in ipso
Vere juventutis mortis adivit iter.
Mortis adivit iter juvenis, præstantia mentis
Nobilis & virtus quem voluere virum.
Nobilium cecidit virtutum verus amator
Hei subitō nimis, hei fata misella nimis!
Cui (canonota) fuit cordi constantia, candor,
Integritas, pietas, vita modesta, fides.

Sic

Sic iter instabile est Fati, sic conscientia nulli
Parcere metitur mors pede quosque pari.
Optima saepe rapit mors, linquit pessimata terris,
Sunt bona nempe Poli, sunt mala quaque soli.
Sic te, qui magnum potuisses esse quid olim,
Quique tuis fueras spesque decusque, rapit.
Hic Quis sed statque est? quid in hac etate gubernat?
Rarus amor, pietas rara, nec ulla fides.
Hic Quis in ambigua non vivit sorte? quis unquam
Optat et vitam conditionis agit?
Jam nova cælesti lux aede recepta triumfas,
Atque Novo Frueris, sed meliore, Statu.
Jam schola, Christofore enim te summa recepit alumnus,
Jova professorem quam sapienter agit.
Salve igitur novæ alumne scholæ, nova gaudia
Nacte, piis est sit manibus usque quies. (salve

In p. memoriam amici sui, dum
viveret, exoptatissimi, jam
desideratissimi
fundebat

Joachimus Flemingus
Anhaltinus.

C 3

ELO-

A L I U D.

ELOGIUM DEFUNCTI,

LAUDATOS juvenes laudare, est addere soli
Lumen, lustranti radiis fulgentibus orbem.
Ergò WAGNICIUS non laudatoribus ullis
Indiget, hanc implens sinceris laudibus urbem.
Quippè vel invidiâ non responsante, meretur
Egregius dici juvenis: Quæ gloria summa est.

*Georgius Halitus.
Bernburgensis.*

A LI U D.

O Germane mei quondam pars altera cordis,
Omibi plus vitâ frater amate meâ!
Quàm cuperem optaremq; prius mibi rupta fuis-
Stamina, quàm vitæ pendula filia tuæ. (sent
Tu mibi dulcis eras requies, mentisq; levamen,
Tu desiderium, tu mea gaudia, amor.

Te

Tepater & mater, soror & suavissima lugent,
Luget & innumeris, patriamœsta, modis.
Sed nullis precibus Parce votisq; moventur
Stamina cuiq; legunt, quo voluere die.
Has ergo lacrymas, justa hæc funebria frater,
Mutuus ad tumulum solvere jussit amor.

Ambrosius Wagenizius
frater mœstiss.

A L I U D.

Quam tot amicorū, frater suavissime, cantent
In mortem properam, tristia metra, tuam.
Cur germanus ego frater non tester & ipse,
Luctisono tantam carmine tristitiam.
Verum tanta mei cordis sunt vulnera, digna
Ut non præ lacrymis metra ciere queam.
Salve ergo frater, frater suavissime salve,
Qui nunc in cœlo gaudia summa capis.

Ioannes Ernestus VVageniz
germano desiderat:ß.

Grav-

Grabschrifft

Über den Wohllichen
aber doch seligen abschied / des weiland
Erbarn / wölgelarten vnd aufrichtigen Jungen Ge-
sellens Christophori Magnizens / welcher den 1.
Octobris Anno 1616. seligen im HERRN
verschieden,

Anß grausam vnd erschrecklich /
Wist des Todes Mort / List vñ Tück /
Die er über vns Menschen all /
Bekommen hat nach Adams fall /
Wer mag errettin von seinr gewalt /
Den Menschn er sey gleich jung odr alt /
Keiner er sey gleich wo er woll /
Fürs todes strick sicher sein soll /
Welche nicht verschont den füinstler weiss /
Architam der mit ganzem bleiß /
Ausrechnete das Firmament /
Abmas die Sandkörnlein behend:

Doch

Doch hat jhn vnverhofft ersäusst /
Die Illyrische Wasserleust.
König Tantalus der Götter gast /
Muss auch ertragn des todes last.
Alexander der treslich Helt /
Galediciret hat der Welt.
Minos Cretenser König zwar /
Fast weisz doch ging er vnter gar /
Bleibt stets demnach der alte sitt
Unwandelbar das kein Mensch nit
Vorüber kan fürs todes Bann /
Er sey gleich jung alt Frau odr Mann.
Viel kommen vmb durch Krieg vñ Mort /
Ehlich vertilgt des Mehres ort /
Andere auch ander Krankheit
Hinnimet vnd plötzlich auffreibt /
Durch welcher auch die Eltern bald
Geraubt ihrs Sohns so wolgestalt /
Erfahren geübt gar mannigfalt
Geziert mit tugend wolgestalt /

O

Da-

Dadurch nicht ein geringe Zierd
Diesem Geschlechte ist entsührt
Denn zart Jüngling dein beginnen/
Gern thet ein glücklich end gewinnen.
Hettestu solln kommen zu Jahren
Het man fürwar würdn erfahrn/
Dein beweglich beredtsamkeit
Vnd höfliche bescheidenheit
Als wenn die Göttin Pitho het
Durch deinen Mund selber geredt/
Wenn du fürhattest wichtig ding
Tractirstu sie mit eben bding.
Als hets Minerba selbst verriche
Die Göttin der Weisheit durch ihr pflicht/
Wenn du vollführtest deinen gang
Warn dein geserten stets zur hand
In Angesicht leutseligkeit /
In tritt tapffer grosmütigkeit /
Die Stirn hat sein gebührlich zierd /
Der Mund/trew/vnd glauben gebiert

Der

Der gestalt wünschet / liebet dich /
Schlaffen / vnd wachent / menniglich.
Aber was sol ich solche gaben
Erzehln / so nun ihr endschafft habn /
Blüht dir doch ist vnd ist bereit
Sehr viel ein grösser herrlichkeit /
Ins recht vnd ewig Vaterland /
Durch Christum / den du frey bekant /
In rechtschaffner bestendigkeit /
Zur ewign freud vnd seligkeit.

M. C. S.

C N D E

Cl 1926




Stk. 6 = Handschrift

Sb.

Paul Friedrich
Buchbindemeister
Merseburg a. S.

VDA



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



703
ORTUALIS
N
ÆMATORUM
OPHORI
, LIBERALI
EXIMIA SPE
quondam viri
prudentis-
RI VVAGENITII,
S REIP. SERVESTA-
tu maximi; Servestæ
D.XCVIII.A.D.VI.
nburgi A N N O
Cal.Octobr.
ri.
ipitus
a
ommilitonibus & fr-
ratissimis.
richariae Dörfferi.
C.XVIII.